

Calor quidem huius zone perhuste est ignis vivus, de quo dicitur in divina pagina, quod est murus Cherubym^g, quem Deus constituit ante ianuam paradisi deliciarum et undique illius, ne Adam valeret deinceps introire nec alter de sua prole sine transmutatione temporalis nature^h. Notandumⁱ, quod, ut testatur sanctus Macharius heremita, qui stetit 20 miliaris prope hunc paradisum, ante hunc paradisum stat angelus Cherubym^k cum rumphea ignea in manu et custodit locum precepto Dei usque in novissimo die temporis^l, cuius^m forma apparet talis: A pedibus usque ad umbilicum habet similitudinem hominis pulcerrimiⁿ, pectus velut^o leonis o' fortissimi^o et magni, manus velut^u christalli clarissimi et politissimi^p⁸, visum^q formosissimum specie, cuius nemo satiatur videre ipsum et videndo ipsum nemo famesceret nec sitiret^r nec infirmaretur^r. Hic paradisus voluptatum est locatus in dextra parte mundi temporalis. Cum vero sit locus corporalis, potest continere corporalia et tenet ut^s Enoc et Elyam Iohannem evangelistam, ut quidam volunt credere, quod nostro^t sermone non affirmamus. Volunt etiam credere et concedunt, quod anime noviter^u exeuntes de purgatorio illuc deducuntur ab angelis, qui eas in corporibus custodiverunt, expectantes ibi reconnectionem proprii corporis, nec sunt in celo empyreo cum angelis, sed in loco isto, qui dicitur atrium domus Domini. Unde volunt, quod una expectet aliam et fruatur cum multa beatitudine omnibus bonis, que sunt ibi, sicut debebant^v gaudere Adam et Eva cum sua prole, si non peccavissent. Et patet possibile, cum non sibi videatur gaudium plenum fore, donec omnes erunt similes, que sunt salvande. Reperitur, quod Christus post eius mortem descendit ad inferos^w, infernum suis expoliavit et eos conduxit in illum locum, et ipsi expectaverunt^x 40 diebus naturalibus, donec celum ascendit videntibus apostolis, matre etc. Sed si sit verum, quod ibi sint et locentur vel non, an^y rapiantur ab angelis finito purgabili et conducantur confestim in altum celum ante faciem dulcedinis^z Iesu Christi et coronentur corona perpetua etc. vel

g') Kerubim E. h') folgt non vadit intus E. i'-i') in E von derselben Hand am unteren Rand von fol 37^v nachgetragen. k') Cherubyn M, Cherubim E. l') fehlt E. m') eius E. n') pulcerimi M. o'-o') leonis fort... mit dunklerer Tinte nachgezogen M. p') polliti M. q') dorsum E. r') satietur M, siticeret E. s') folgt a M. t') folgt affirmamus (durchgestrichen) E. u') folgt exeunte (durchgestrichen) E. v') debebat EM. w') folgt et E. x') expectaverunt M. y') aut E. z') dulcedinem EM.

8) Vita sancti Macarii Romani c. 16 (Migne PL 73 Sp. 421).